

Vc
3835



5.3

5.33,40
39

T 395.

RESPONSUM
serium & extortum

Vc
3835

Ad Epistolam planè stupendam,

Quæ ad

SERENISSIMUM
ac Potentissimum Ele-
ctorem Saxoniarum

Dn. Jacobo à Grünthal, in
Voigstedt, Consiliario Electorali Bel-
lico, & Commissario Generali, Nec
non Incluti Comitatus Mansfeldi-
ci Inspectore primario,

PRO

S. Cæsarea Majestate deserenda,
Expeditione cæptâ cohibenda
Et Doctoris Hoe, seu piacularis cujusdam
victimæ mactatione promovenda,



Conceptis quidem verbis scripta, sed ma-
litiosissimè, fingitur.

Inspice Lector, & expende,
non pœnitabit.


A N N O cō Iō cXXI.

LIPSIAE,

Typis & Sumptibus Abrahami Lambergi, & prostat
apud Gothfrid. Grosium.

CUM PRIVILEGIO.







Alutem in DOMINO. Magnâ
 me tuum Epistolium effecti leu-
 tia, Nobilissime, & splendidis-
 sime Domine Grünthali: tūm
 quod Agapoliu[m]atās illas scurre-
 cu[er]dam, & Tenebrionis Calvi-
 nistici pagellas mihi communica-
 vit: tūm quod honorificum T. Do-
 minat. de me, iudicium, & per-
 quam mibi propensum animum protixè demonstravit. Va-
 go quidem fame susurro audij, sub tuo nomine epistolam
 quandam spargi dehortatoriam: quâ serenissimum nostrum
 Electorem partim adversus me concitare, partim in cœpiâ
 expeditione bellicâ cohibere contendas; sed exemplar illius
 nancisci nondum potui. Nunc verò postquam abs Te trans-
 missam legi, ad meretriciam Calvinianis spiritus frontem, &
 propudio[s]am Sycophantæ illius, quicunq[ue] tandem sit, imbu-
 dentiam, totus exhorru[er]i. Facile n[on] creiderim, mi Nobis-
 sime Domine Grünthali, ne per febrim quidem, (uti
 scripsisti, & coram a[re]yto recensiisti) talia somnare Te po-
 tuisse, qualia tibi affinguntur, adversus Electorem poten-
 tissimum, & me, jam olim Tibi amicissimum, eructata con-
 vicia. Sed probè novisti, folemne quod sit furiosis, & in de-
 sperationis novacula constitutis Sacramentarijs, mentiri,
 ac exquisitissima quaq[ue] mendacia, adsudorem usq[ue] singere,
 ut caussæ saltem sue deplorata velificari, & Bonorum vita,
 fame, ac saluti, insidiari queant. Quemadmodum n[on] ex
 contusi bovis visceribus putridis aculeata examina efferve-
 scunt

cunt, ita mirum non est, vapulante undiq; & q. contusō
Bestie Sacramentaria cadavere, ut densa vesparum acies
erumpat. Metuant nimirūm, ne nudum proset

Et piper, & quicquid chartis amicitur inceptis.

Atramento itaq; atram suam bilem prodere, & atro carbos
ne figmentorum, candidissima pectora conspurcare cupiunt.
Vidimus superiore anno proximo aliquot nequitia hujus
Calvinistica documenta insignia. Jam enim typis excusa
circumferebatur virulentissima Procerum & Statuum
Superioris Lusatiae ad Serenissimū nostrū scripta epis-
tola; que tamen à statib; inclytis nunquam per quenquam
transmissa, nec pro suā usq; hue ab illis agnita & recepta fuit.

Mox literæ satis acerba, & comminatoriae per to-
tam Europam spargebantur, quas contra S. Casar. Majest.
pro Septemviro Palatino, & Bohemis Serenissimus Rex
Daniæ ad Serenissimum nostrum Electorem exaraverit.
Pura verò puta, & putidissima fuisse figmenta, Rex ipse me
Serenissimus, suis excusatorijs abundè ostendit.

Quid mirum igitur Splendidissime Domine Grüntha-
li, insanos illos homines, ejusmodi scriptum & Tibi assigna-
re, quod Veritati ipsi natura q; Tuæ ac ingenio prorsus & κτι-
ώνων eſt contrarium, cùm ne Regibus quidem vel alijs Ma-
gnatibus pepercrint? In ea noꝝ prob dolor incidimus nunc
tempora, quibus liberè non tantum, sed & licenter, cùm lin-
gua, cùm calami hominum, in innocentes graffantur. Quem
neq; Melitus, neq; Anytus perimere valet, Eum calumnias,
(qua eſt natyopeja το εξ ονμιας γνωμένη, vel accusatio
quedam ementita) perimere tentat. Et quamvis calumo-
niatori non semper obrectandi materia succurrit: mentem
tamen bonam, maliq; nihil meritam, obstrigilare, & Theo-
nino dente carpere totus conatur. Interim soletur nos in-
temerata, & minimè cauterata nostra conscientia, qua emi-
mus quidem oppugnari, sed intius expugnari nequit.

Nee

Nec puto inter bonos & cordatos repertum iri quemquam, qui persuaderi sibi patiatur, epistolam, qua sub tuo nomine circumfertur, abs Te, Viro perspecte fidei & modestiae, esse profectam. Nulla enim planè erga Electorem conspicitur in ea humiliatio: nulla, & ne minima quidem Reverentia: imo incredibilis potius & fermè incomparabilis tum animi impotentia, tum frontis impudentia: Cum tamen ita Deus & Natura te formaverit, ut cultu & subjectione erga tantum Electorem Nemini mortalium facile cedas. Tot verò in Electorem execranda convicia, totq; obrectatioes nefandas illud continet Pseudepistolium Calvinisticum, ut sine horrore, & concusione mentis, ne legere quidem, nondum scribere eate posse existimet.

Quid quod Sycophanta Anonymus, cui talia libuit comminisci, figmentum suum soricis instar ipsem et evidenter praedit. Neg^r. n. diem, qua Electori ita insultaveris, neg^r. locum, ex quo, vel Tabellarium per quem tot plausira criminatum Dn. tuo Clementissimo transmisseris, annotare potuit. Et adjurare ipsem et Tenebrionem ausim, si gutta sanguinis germani superest, ut defectus istos plausibiliter saltet, nondum solide, & invictè suppleat, quod ad Calendas Gracias certum futurum credo. Interim

Conscia mens recti fama mendacia temnit.

Notior & celebrior es, Nobilissime Dn. Günthali, multarum virtutum nominib^g, quam ut tale insulsum, crassum, horridum, & omni pressuratione vacuum scriptum ad Elec-
torem presertim illum, sub cuius Clementis, tutela vi-
vendū Tibi & tuis est, direxisse Te, ullus saniore mente pra-
ditus, vel ad momentum suspicari, nondum credere possit.

Sed quid ago, quod Tibi solatum suggero: quem excelsō animo ejusmodi mendacia ridere, & non secus, ac si asinus calcem impegiasset, curare scio.

§ 4. 25

Ego quoq; ad calumnias virulentas Sacramentari-
rum adeò occallui, ut vix amplius, quicquid de me etia-
mentiantur profani homines, expallesciam.

Non tamen frena nimis laxanda sunt maledicentia
Calvinistica: sed petulantia ista severè castiganda, & fa-
me bonum (quod preciosius ipsa vita, meritò habetur) mascu-
lè afferendum est.

Quapropter veniam mihi dabis, Nobilissirae Vir, si
paulò fusiùs cum Authore Pasquilli agam: Neq; n. vel Tul-
lius, vel Demosthenes persuadebunt, apicem, aut iota unum
abs Te dictatum, vel scriptum fuisse: Sycophanta potius qui-
dam Calvinisticus, ut bilem suam adversus Electorem nos-
strum, & me liberius exoneraret, tui nominis auctoritate fu-
cum simplicioribus facere, & ejusmodi nimbum mendacio-
rum exhalare voluit. Cum Anonymo itaq; illo Tenebrione,
& mendaciorum Architecto jam mihi res ad horula spacis
um, tuâ pace, erit.

Prodire autem Te, quisquis es, prodire inquam, & au-
res arrigere cupio: ut intelligas, quo impulsore talia finxe-
ris, & qua atrocissima convicia, tum adversus Serenissi-
mum Saxoniae Electorem, tum adversus alios, potissi-
mum verò me Jesu Christi servum, crucifaveris.

Ob oculos versari debebat Tibi interdictum Domini:
Dijs non detrahes. Exod. 22. In cogitatione tua Regi ne
detrahas, Eccles. 10. Et illud: nolite tangere unctos me-
os. Psal. 105. Sed quam alto supercilie universas dehortatio-
nes sacras & politicas despiceris, tuarum blasphemiarum &
mendaciorum exhalata popina luculenter testatur. Recol-
lige n. animo tuo lapillos temeritatis, & crudelitatis, quos
in commentitia tuâ Epistola projecisti. Serenissimo Elec-
tori Saxoniae, nequiter, & inanitatem proterviâ imputas.

I. In-

1. Institutum, quòd calidus sanguis fuderit.
2. Caliginem.
3. Inscitiam.
4. Quòd malè stet à partibus Imperat. Ferdinandi.
5. Quòd suis viribus confidat.
6. Quòd suasu Doctoris Hoe arma arripuerit.
7. Quòd iniquè illa apprehenderit.
8. Quòd pessimo fundamento & corruptâ voluntate, amicitiam cum Imperat. Ferdinando contraxerit.
9. Quòd pueriliter sibi persuaderi patiatur, Ferdinandum non meritò affligi.
10. Quòd Doctori Hoe temere credat.
11. Quòd ei inconsultè indulgeat.
12. Quòd stultè ipsum sequatur.
13. Quòd subitis impulsibus commotus, & concussus sua pericula non despiceret valeat.
14. Quòd ob errorem, qui vanis concitatus imaginibus, culpæ se implicaverit.
15. Quòd ferre queat concionatorem suum Aulicum in Consilio politico reperiri.
16. Quòd jugum cum meretrice Babylonica trahat.

17. Quòd

17. Quòd Iberi ferociam, fastum, superstitionem & pervicaciam alat.
18. Quòd in propriæ religionis socios sœviat.
19. Quòd caussis levissimis facem furoribus ministret.
20. Quòd proditores in sinu foveat.
21. Quòd fati ordinem & jura invertere, aut remorari satagit. Imò, quod auditu maximè horrendum est, hunc ipsum Electorem Saxoniæ, tū bipedum nequissime proclamas
22. Tyrannum.
23. Idololatrarum protectorem.
24. Religionis spoliatorem.
25. Sacrilegiorum patronum.
26. Viciniæ turbatorem.
27. Naturæ tortorem.
28. Et Carnificem. Ominaris porrò,
29. Fieri posse, ut dedecore Filiorum mortuus pœnas Elector rependat, quas vivus effugerit.
30. Vitreas præsagis fortunas Electoris futuras, cùm stricturæ armorum splenderint.
31. Nec diu pro Cæsare Electorem belligari posse.
32. Nimium in militiam adfectum Electoris, Reipubl. prævaricaturum, & iubditorum facultates opulentissimas præcipitaturum.

Impu-

Imputas præterea Serenissimo Electori.

33. Quòd nimioperè sibi ob unius oppiduli demolitionem placeat, & cristas erigat.

34. Quòd cædibus in immeritos, aut leviter noxios s̄xviat.

35. Quòd fatuus merito censeatur, si fatum ab Austriacis propulsare d: sudaverit.

36. Quòd Ferdinando militet, ut Hispаниæ libidini satis fiat, & Pontifici Romano bene esse liceat.

37. Quòd militet, ut jurisdictione Papalis retineatur, & conservetur.

38. Quòd Hispanico nomini faveat, & Germaniam nostram, Legum domicilium, literarum gymnasium, Curiam dignitatum, verticem mundi, libertatis patriam, Iberiæ omnium legitimarum societatum nocentissimæ pesti postponat.

39. Quòd Diabolicæ Hispaniæ stabilitatem polliceatur.

40. Quòd præstaret, ut Elector sibi ac suis violentas manus afferret.

41. Quòd aliis Augustanæ Confessionis Principibus non absq; caussa in religione suspensus sit.

42. Quòd faciat, quæ Theologi VVitebergenses

genses damnant, Jenenses dissuadent, Agnati principes aversantur.

43. Quòd in gratiam Papistarum parentes liberis, nepotes avis, maritos uxoribus, uxores maritis, Clientes Patronis, heros ministris, urbes Templis, templa sacerdotibus, montes gregibus, campos frugibus orbos relinquat.

44. Quòd tantam reprehensionem mereatur, quantam laudem olim Elect. Mauritius meritus fuit, cùm Carolum V. Imperat. honestè & alacriter desereret. Insuper hortaris, ut serenissimus Elector

45. Iram ac odium excutiat.

46. Sæva iussa, continuas accusationes, fallaces amicitias, perniciem innocentum, & easdem exitij sui caussas conjungere desinat.

47. Crudelitatis quoq; horridū habitū, truculentam faciem, violentos spiritus, vocē terribilem, os minis & cruentis imperijs refertū exuat, & deponat, quæ Daniel Eremita non minùs acuté, quàm rectè quondam in ipso notaverit.

48. Deniq; ut subditis suis parcat, & æquâ humanitate preslos audiat.

Horrescat cælum, contremiscant elementa omnia. Quis tam profligata audacia hominem sub sole reperiri crederet, qui tanto Electori, tam religioso, & optimo Maximo Principi adeo insultare auit, nisi prob dolor dæmoniaque eorum istū scurram

201123

raen alicubi in turba & cœtu malignantium palparemus. Sed heus tu, Simeita nequissime; Si Præcipis Saxonie status em in conspectu hominum conspuisses, num impanem te evasurum sperasses? Haud crediderim. Quæ ergo præmia expetas, dum sacram faciem, & vivum simulacrum Electoris, in conspectu Dei & Angelorum, sputo tanta maledicentia & criminationum deformas? Nonne merito absterrei debebas, si non principis ipsius Majestate, Ultoris tamen, & Vindicis Dei severitate? In glorioſſimum nostrum Electorem dum audes insurgere, quid aliud quæſo hoc eſt, quam in ipsum Deum, (in cuius loco ſedet, cuius personam repreſentat, & à quo ſceptrum Domini tenet) gygantomachiam instituere? Si Minervæ oculum nemo ſine danno totius ſimulacri violare potuit, teste Ariſtocele, nullus certè Oculum Romani Imperij, Serenissimum Electorem Enſigerum violaverit, niſi qui ſimul violentias manus & linguaſ toti univerſitatis Christianæ compagi intulerit.

Dignus eſt tu blasphemator, parricidarum ſupplicio: dignus in quem omnis severitatis Catarracte effundantur. Dignus qui in morte tua ſocios habeas, gallum, viperam, ſimiam & cānem: quorum in paſquillo tuo imitatorem te oſtendisti. Patrem n. laudatiſſimum Germanie invaſisti, viſcera ejus corroſisti, Venenatisq; iclibus ipſum Principem pupugisti. Et licet hominis figuram extermam inſtar Simiaſ ſimiles, quavis tamen vilissimâ bestiâ deteriorem animum induens latratu tuo & morſu canino, ne rabiosiſſimiſ quidem etiam canibus tantillum ceſſisti.

Ergo Deum credas memorem fandi atq; nefandi.

Scimus quæ monſtra hominum Nero, Domitianus, Julianus, Diocletianus, & alij fuerint: ſed ita præter meritū duriter traxerat ab ullis mortalium, tot horrendis convicijſ deformatos totq; mendacijs oneratos, nusquam legitimus.

Tu verò scelestè Tenebrio illum mordes principem, il-
lum vixuperas & blasphemas Electorem, qui Solis instar ni-
tidissimi radios Virtutum suarum praeclarissimaru[m], longo
jam tempore, in toto orbe Christiano latissimè sparsit: & lu-
mine suo ipsorum met hostium oculos acutissimè perstrinxit;
ut pro virtuoso, & incomparabili Principe nolentes volen-
tes illum proclamaverint. Provoco hac in parte ad com-
plures Bohemorum literas: provoco ad expressas verborum
Electoris Palatini, & Consiliariorum ejus syllabas, provoco
ad potissimum, & praecipuum, quicunq[ue] & ubicunq[ue] tan-
dem sint, conscientias. Et ut compendio rem dicam, ομολογ
γεμένωτ, citraq[ue] omnem controversiam, Major est Serenissi-
mus noster Elector, quam ut splendor ejus, abs Te bipedum
nequissimo, vel tui similibus Δαβολινωτεύοις Sycophantis
obfuscari, & obtenebrari queat. Dignitate & majestate
alio facile, Evangelice autem religionis Zelo, pietatisq[ue]
sinceræ studio, nec non comitate, humanitate, sapi-
entiâ, judicio, clementiâ, & pro salute totius Imperij
vigilantiâ nulli principum cedit: Imò recte sentienti-
um Magnatum animos faniculis virtutum suarum herosca-
rum fortiter allicit, sibiq[ue] maximè devinctos reddit. De
Panthere legitur, quod odorem tam suavem aromaticum
emittat, ob quem universa illum sequantur animalia: Solus
a. Draco in seipso deficiat at torpescat. Tanta & tam ama-
bilis quoq[ue] in Serenissimo nostro est fragrantia, ut odore sua-
vissimarum Ejus virtutum, optimi quiq[ue] ad cultum & obser-
vantiam stimulentur: Soli a. invidia, & Calumnia Draconi:
infernali ilia rumpantur.

Sed accede proprius Calumniator pessime, qui Satane:
os calamumq[ue] tuum usi dedisti, & responsum ad singula tu-
ayum accusationum & calumniarum membra accipe.

I. Jn-

1. Institutum potentissimi Electoris Saxonie, non sanguinis calidus fudit, sed matura deliberatio, reiq; ipsius aequitas & necessitas extorsit. Nonne enim omnibus benignis modis & mediis pacatam reddere Bohemiam Optimus Elector studuit? Nonne hunc in finem apud S. Cesar. Majest. per Legatum Nobilem, Dn. Grünthalium pro Bohemis intercessit? suspensionem armorum obtinuit? Interpositionem impetravit? consilia sana & moderata suggessit? Iliademq; malorum, nisi juramentum Divo Matthei, & Augustissimo Ferdinandio praestitum, sanctè obseruetur, disertissimis verbis prædixit? Nonne hanc ipsam ob caussam, contemptum, fallaces amicitias, dolos, sannas, & convicia plurimorum ex adversariis, heroicâ patientiâ devoravit? Quid? quod non citius Cæsari armis assistere instituit, donec frustranea esse omnia benigniora media, & solam restare vibrationem gladij, deprehendit? adeò ut ob moram longiusculam à frigido vel tepido potius, quam calido sanguine profectum hoc institutum arbitrari quis possit. Tardior enim (et quidem cautè) serenissimus in suscipienda expeditione bellicâ fuit: nec calidi appetitus ad belligerandum ulla industria edidit.

2. Caliginem & 3. inscitiam qui huic Principi tribuit, nec cum Anaxagora nivem nigrum dicit. Tantā n. prævalet rerum Imperialium & Politicarum sapientiā, tantā abundat prudentiā, & experientiā, quantum in Magnatibus cunctis optare, non autem sperare licet. Interfuit Elector hic conventibus aliquot Imperialibus, interfuit consultationibus aliquod gravissimis, sc̄q; præpollentem judicij acrimoniā, & insigni sapientiā, tum Imperatoribus, & Electoribus ipsis, tum alijs Principibus, Eorundemq; Consiliarijs οφθαλμοφανεωτ exhibuit. 4. Nec à Cæsar's partibus male stat Elector: præterquam enim quod Imperat. Ferdi-

natus Princeps gente & mente est generosissimus, novit Elector, Eum bonam fovere caussam: novit Dominum suum prater meritum tam gravem sustinere injuriam: & servatoris Christi preceptum, quo Caesar dare jubetur, quae sunt Caesaris, sedulo sibi revocat in memoriam. Paratus, respondere de hoc, ipse Deo, in tremendo illo totius generis humani judicio.

5. Viribus quoq; suis nihil planè confidit: sed spem omnem in causa bonitate, & praesidio divino unicè ponit, Certus, quod Dominus Deus Angelis suis mandaverit super ipsum, ut custodiant Serenitatem ejus in omnibus vijs suis. Et fortissima turris nostri Electoris est nomen Domini, ad illud hactenus cucurrit, & servatus fuit. Dominus Adjutor ipsi: ideo nec timet, nec timebit.

6. Suasore me in suscipiendis pro Cesare armis opus non habuit: neq; Consiliario Bellico me unquam usus fuit. Nec tamen officij ratione dissuadere propositum hoc vel volui, vel volui, ut Anti-Cesariani manibus pedibusq; ad dissuasionem istam sapius me instigaverint, an reosq; montes promiserint. Cum Josephatus foramo liberè & arbitriari ope assisteret, ab Elssaeone Verculo quidem uno retrahebatur. Quantò minus pro scientia & conscientia mibi licet improbare Serenissimi Electoris institutum, quod aequitatis & pie-
tati maxime congruum, magisq; necessarium, quam arbitraz-
rium fuit.

7. Mendaciter itaq; Electori injustè arrepta arma imputantur. Justissimum siquidem, pro pacis recuperatione, pro Cesariis sui defensione, pro libertatis yncisio Evangelica assertione, pro Feudi Nobilis Imperialis vindicatione, pro periculorum Electoratu suo impendentium aversione, adeoq; pro Rege, Lege, & Grege, bellum gestit.

8. Amicitiam quoq; cum Domo Austriaca, & mo-
derno

derno Imperatore Invictissimo Ferdinando jam dudum
sinceram contraxit, imo q. hereditariam à Majoribus suis E-
lector accepit. Et miror, quod fundamentū pessimū pessimus
Calumniator innuat, quamq; voluntate corruptam Serenissi-
mo Electori, in contracità cum Cæsare amicitia tribuat. Fle-
runt hactenus utraq Familia, tam Austriaca, quam Saxon-
ica, & non minimam prosperitatis sua partem mutuae illi, ac
reciproce familiaritati, & amicitiae acceptam tulit. Cur ero
gò nunc Serenissimus Elector resiliat? Cur tergum Augu-
stissima Domui Austriaca obvertat? Cur non vestigia Adi-
glortosissimi premat? Cui cum Maximiliano II, ac Rudolpho
II. Imperatoribus b. recordationis, intima necessitudo &
constantissima familiaritas, magno cum emolumento totius
S. Romani Imperij, ad extremum usq; halitum intercessit.
Et obsecro, si Electores Imperij, universi & singuli (ne Palatino
quidem ipso excepto) Ferdinandum solio & fastigio
Cæsareo dignum censuerunt: cur suā amicitiā septemvir
Saxo indignum ipsum haberet? Itaq; posthac etiam, negle-
cti turbatorum patriæ invidiæ. Pax & concordia & intima
familiaritas inter Austriacam & Saxoniam domum, ad a-
ram usq; durabit.

9. Puerilis persuasio apud Serenissimum Electorem
locum non habet. ΑναλΦαβήτων. quovis rudiorem esse opor-
tet, qui injustè & contra iura gentium, Cæs. Ferdinandum, &
nonnullis Bohemis rejectum fuisse, haud videt.

10. Temerè ut mihi credat, ii. inconsulteq; indul-
geat, 12. & stultè me sequatur, nemo hominum facile Elec-
torem permoverebit. In ijs namq; solis fidem mibi adhibet, qua
professioni mea, & veritati congruunt, quaq; conscientia sua
ac saluti sempiterna conducunt. Et quidni in talibus
me Pastorem ovicula bona sequeretur? Scis Sycophan-
ta, Spiritum Sanctum præcipere majorum & minorum
gentium

gentium hominibus: obedite præpositis vestris, & subjace te eis: Ipsi n. perva gilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri. Ebr. 13. vers. 17.

13. Periculis obnoxium se esse, Elector Serenissimus non ignorat: minime tamen vel S. Cæsar. Majestatem, vel causam prope cera deserendam, & ob minas adversariorum, clavam protinus abisciendam existimat. Et quid si pericula non leviora impendissent, si Elector vel Cæsari resistere, vel neutrī parti assistere voluisse? Commendare oportet vias & eventum Domino, cui facile est, motos subito compescere fluctus, & imminentia pericula potenter avertere, id quod per Dei gratiam, hactenus abundè experti, & im posterum experti sumus.

14. Erroris in instituto suo nullius sibi conscius est Elector: neq; culpæ ulli se implicavit: exemplum potius alij laudabile prabuit, & immortalem nominis sui memoriam ad omnem posteritatem reliquit.

15. Concionatorem suum aulicum in Consilio politico reperiri, nunquam voluit, nunquam permisit. Membris impie Cain, quod talis πολυπέραγμων unquam fuerim, & consultationibus secularibus me immiscuerim. Quot quoq; Legati in caussâ Bohemicâ affuere? Quoties negotia sua cum Serenissimo, & secretissimis Dominis Consiliarijs tractavere? Num verò illi, vel quiquam alij unquam me sub sellum in Consilio Bellico occupasse viderunt? Nemo ipsorum audebit hoc dicere. Scio me intracancellos vocationis mea continere, & illud meminisse: Τὰ ἡδα πεάτην καὶ οὐχ ἀγενή Resorbe igitur mendacium istud, impie scurra, quod non tam in mei, quam Electoris Serenissimi ignominiam nequiter evomuisti.

16. Quæ verò hac effrenis libido, & impudentia, quod Electorem nostrum cum meretrice Babylonica jugum trahere

trahere scribis? Increpet te Dominus satan & incepit, inquam, te Dominus. Nihil nobis cum merecitur illa est, nibilque erit commercij in sempiternum.

17. Iberi ferociam, fastum, superstitionem, & perniciaciam ali à Nostro Serenissimo, tu scurra quidem scribis, sed quae illa sit ferocia, quoque alatur modo, non ostendis. Tercium igitur calumniatorem & mendacem peccatum agis.

18. In propriis religionis socios servire Electorem conquereris. Quos tu vero socios innuis? Illosne, qui exterrantum tantum Religionis professionem pratexentes, re ipsa maculam religioni Evangelicae inobedientiam suam & rebellionem inurunt? quique media omnia pacis & mansuetudinis superaciliose contemnunt, e contrario, tum Cæsarem, tum Cæsarismus inclutum & potentissimum Commissarium hostiliter impugnare incipiunt, & pergunt? Ejusmodi vero socios ad obsequium debitum severis medijs compellere, vel ab admissa scelerata, & facinora punire non minus licet, quam jam olim Deus seditiones illos, Core, Dathanum, & Abyramum, cum complicibus suis castigavit; vel Israëlitæ Benjamitis, David quoque & socij, tum Sauliticis, tum Absolonaïs, ut ut religionem veram professis, restitere. Nec protinus severitas extorta bellica, pro sevita vel tyrannide haberi debet. Severitas non in Civitate nonnunquam salutaris est, sevita vero semper pestifera. Franc. Patric. l. 6. de Republ. cap. 5. Severitas Regem decet, majestatem præstat, & dignitatem auget, censente eodem Franc. Patric. lib. 8. cap. 6. Est autem severitas, Virtus inflexibilis circa poenarum inflictionem, quando recta ratio hoc requirit, juxta Thom. Aquin. secund. secund. q. 157. art. 2.

19. Faciem furoribus nec ob levissimas, nec ob gravissimas causas Elector ministrat: Sed furias & furores compescere potius, & Orbi pacem restituere totus laborat.

20. Quod proditores in sinu foveat, ex te quidem audiō : sed nominari neminem abs te posse, animitus gaudet. Reprehensionem sanè meretur princeps, qui proditores in sinu foveat : Cur enim illis vel faveat, vel credat, qui in patriam perfidi fuerunt ? At hoc nomine irreprehensibilis est serenissimus noster ; qui sciens volens proditores non amat, multò minus in sinu, vel aulā suā magnificientissimā foveat.

21. Fati ordinem & jura nec invertere, nec remorari cupit. Fatui verò tui fatis quis ordo sit, & unde tibi de illo constet, num ex somnio quodam Cinglano, vel revelatione Carlstadiana, vel excursione in tertium Cœlum extraordinariā, tantisper, dum tu doceas, nescit.

22. Tyrannus Elector noster non est : neq; indicia Tyrannidis unquam edidit.

23. Idololatras quoq; non protegit : sed Cæsaris sui majestatem, & Imperij Romani libertatem masculè assedit.

24. Minime omnium Religionis spoliator jure audit. Imò pro salvâ sacrâ Religione Evangelicâ Lutheranâ, si quisquam aliis sub Sole, Elector certè noster indefessè vigilat, nihilq; prorsus vel laboris, vel consilij, quod ad scopum illum facere potest, intermittit.

25. Quâverò fronte, quâve conscientiâ tu Conviciator, Sacrilegiorum vocas illum Patronum ? Sacrilegium n. est, rei sacræ violatio, & injusta admittio. Hac iερσυλεία qui laborent, & patrocinio Electoris gaudeant, obsecrò edifāsere. In Bohemia quidem memini complures sacrilegē Deo dicata rapuisse, simulacris Dei & sanctorum vim intulisse, Calices & alia vasa sacra, cum ornamentis, nec non bonis & fundis Ecclesiasticis in prophanos usus convertisse : Verūm nec sacrilegorum istorum, nec sacrile-

crilegiorum Patronus Elector Sax, extitit: Jenò à sacris abstinendas fuisse manus semper censuit: vulgo enim credebatur fatum instare ei, qui sacris rebus ac Deo dicatis manus injecerit: quod num non oculari eventu Sacramentary sacrilegi nuper in Bohemia didicerint, dubitare vix audeo. Dionysius sacrilegia sua facetis dictis obtegere solebat: Locris n. Proserpinæ templum spolians, mox cum classis illius secundo vento navigaret, videtis inquit, quām prospera navigatio à Diis immortalibus detur sacrilegis. Valer. Max. lib. 1. c. 2. Epidauro Aesculapio barbam auream detrabens dixit, indecorum, ut Apollo imberbis, Aesculapius vero barbatus conficiatur: Et Jovem Olympium magni ponderis aureo amiculo, quo Eum Hieron ē manubīs Carthaginensium ornauerat, exuens, lanceumq; illi pallium injiciens, ita cavillabatur: Aureum amiculum & tate grave est, hyeme frigidum: Lanceum vero ad utrumq; tempus est accommodatissimum. Valer. Maxim. ibid. Hujus Dionysij ingenium, & scommata Sacramentary nostri hodiē representare, & sacrilegia susq; deq; facere, interim altos pro Patronis sacrilegiorum proclamare solent.

Egregiam vero laudem, & spolia ampla reportant.

26. Vicinię turbator serenissimus noster nunquam fuit: sed potius pacifator, & necessitate ita flagitante gloriosus domitor. Non enim viciniam turbare dicendus est, qui mansuetissimis verbis Errantes in viam revocare cupit, pertinaces vero tandem justa severitate compescit. Videant a. alij, annon viciniam, annon patriam, annon universam Germaniam, smot tam Europā turbaverint: annon

Tyria maria concitārint? & tubam belli paſsim inflārint?
Novit illos Dominus, novit Ecclesia triumphans, & militans, Angelorum & piorum: Nec mollia fatat turbatorib⁹ iſtis
quisquam ominari potest.

27. & 28. Naturæ tortor, & Carnifex borrendo ſcelere, Elector ſerenissimus, ab te Nebulonum Anteſignano vocatur. Quamenim Naturæ torturam, quamq; Carniſcinam merito Serenitati ejus imputabis? Natura principium eſt & cauſa motus ac quietis in eo, in quo eſt per ſe, & non per accidens, ſecundūm Aristotelem lib. 2. Phys. cap. 1. Num Elector Naturam in contrarium torqueat, ſcire per quām aveo. Alioquin dudum novit, repugnante na- turā quamlibet cedere induſtriam, juxta Caſtianum, lib. 4. Ep. 38.

29. Mala ominoſaris Serenissimi noſtri Electoris gene- rationi, futurum ſperans, ut dedecore Filiorum mor- tuus Elector pœnas rependat, quæ vivus effugerat. Hoccline tuum καλῶσ ἔσω? Hoccline tuum, quo Electorem proſequeris, votum? ſed eis tū uirtus νεφαλήν, & in tuum ipſius caput præſagium iſtud cadat. Noſter Serenissimus cer- tus eſt, Deum habere ſe propitium ſibi, & ſemini ſuo poſt ſe. Gen. 17. & quidem in mille generationes. Exod. 29. Generationi n. iuſtorum benedicetur. Psal. 112.

30. Fortunas Electoris, quas tu Calumniator vitreas futuras prædicis, ex gratia benignissimi Dei ferro ſtabilio- res fore ſperamus, juxta illud: montes commovebuntur, & colles contremiſcent: misericordia verò mea non recedet à te: & fœdus pacis meæ non movebitur, di- cit miserator tuus Dominus. Eſai. 54. 10.

31. Quamdiu pro Cæſare belligerari poſſit Elector, tu ſycophanta ignoras. Neg. n. tonnas auri & argenti diu- merāſti: neq; loculos Electorales excuſisti: multo minùs the- ſauros

sauros ingentes vel per transennam conspexit. Residui per Dei gratiam tot sunt sumptus, ut manum ab aratro subsidiario Serenissimus Elector revocare, nondum cogatur. Computent vero alij & marsupia sua trutinae appendant, quamdiu contra Cæsarem belligeraturi sint, & annon loculos suos impensis bellicis jam tum ita evisceraverint, ut nec milites AntiCæsarianos post hac conscribere, nec stipendij eos alere amplius possint.

32. Adfectus in militiam ita nimius in Electore nostro non est, ut i tu convitiaris. Pacem n. amat intimè. Nam

Pax agricolum vel inter saxeta benè nutrit:
Bellum autem etiam in campis malum est,
juxta Menandrum.

Pax plenum virtutis opus, pax summa labo-
runt,

Pax belli exacti premium est, premiumq; peri-
cli,

Sidera pace vigent, consistunt terrea pace.
juxta Mantuanum.

— Pax optima rerum

Quas homini novisse datū, pax una triumphis:
Innumeris melior, pax custodire salutem,
Et cives æquare potens.

Vt Sylius canit.

Sed belligerandum est nonnunquam ex necessitate,
ut hoc ipso medio pax acquiratur: quae de re eleganter
scribit Augustinus: Apud veros Dei cultores etiam bel-
la parata sunt, quæ non cupiditate aut crudelitate, sed

pacis studio geruntur, ut mali coērceantur, & boni subleventur. Noli ergo existimare, ut idem Augustinus ait, Neminem Deo placere posse, qui bellum gerit, in his erat sanctus David, cui Dominus magnum testimonium perhibuit. Nec quāritur pax, ut bellum exerceatur, sed bellum geritur, ut pax acquiratur: Esto igitur bellando pacificus, ut eos, quos expugnas, ad pacis utilitatem vincendo perducas.

Rēcte alicubi B. quoq. scribit Ambrosius: Fortitudo, quæ per bella tuetur à barbaris patriam, vel defendit infirmos, vel à latronibus socios, plena justitia est.

De prævaricatione verò & facultatum exhaustio-
ne nefrūstrà calumniator est solitus: Necesitas n. legem non
habet: tantāq. moderatione, & prudentiā Serenissimus Es-
lector hactenus bellum gessit, ut nec Reipub. prævaricatus
fuerit, nec opulentos subditorum facultates vel tantillum
præcipitārit.

33. Abest quoq. omnis fastus, omnisq; insolentia,
ut ut non oppidulum, sed oppidum, & propugnaculum mu-
nitissimum, ῥηγὶ πολλῶν αἰταζειον ἀλλων, expugnārit, imò to-
tam Lusatiam inferiorem, cum maximā parte superio-
ris in Ferdinandi Cæsarī potestatem redegerit.

34. Minime omnium cædibus in immeritos, aut le-
viter noxios Elector sœvijt, vel / evire etiamnum cupit: so-
lum armis defensivis hactenus vim à suo exercitu fortiter
propulsavit.

35. Fatum Austriacis imminens quod sit, in Saxoniā
ignoramus. Sunt qui evertendam Augustam Archiducum
Familiam somniant, & s̄mnium suum fato quedam palli-
ant: sed unde Fatus istu de fatali hoc scopo & termino con-
stet, nemini usq; bucrevelarunt. Alioquin, sano sensu, fa-
tis orbem regi, eaq; frustaneo conatu coērceri lubenter ado-
mittimus.

Fatis

Fatis agimur, cedite fatis,
 Non sollicitæ possunt curæ
 Mutare rati stamina fati.
 Quicquid patimur, mortale genus,
 Quicquid facimus, venit ex alto.

Uti alicubi Seneca habet,

Hinc Thales argutè fatum pro robustissimo habuit,
 ut pote, quod omnia superet. Laërt. lib. 1, cap. 1.

Quid si verò motus illi adversus Serenissimam Domū
 Austriacam, non fatis, sed fatuis quibusdam, semetipso, vel
 suos, importunis conatibus exaltare, & mensura sua cubitos
 aliquot addere cupientibus jure imputantur? Ita planè cen-
 seo: & te Sycophantam furcā dignum, quod Electorem mo-
 strum fatuum vocasti, pronuncio. Fatuus verò tunc foret, si
 ob solum praetextum Fati Calvinistici à bono & pio proposito
 absterreri se sineret,

36. Neg, vero eum etiam in finem Elector Exercitum
 alit, ut Hispanicæ, quam vocas, libidini satisfiat, & Ro-
 mano Pontifici bene esse liceat. Sed ut libertatem ac jura
 Germaniae, suiq; capit is cari, Imperatoris Ferdinandi maje-
 statem debito modo afferat: quin & pericula impendentia,
 ab Electoratu suo arceat.

37. Multò minus pro Jurisdictione Papali retinendā militat. Quid n. Electori cum illâ commercij, vel negotij?

38. Quod verò Germaniam Iberiæ postponat, 39. &
 Diabolicæ, uti vocas, Hispaniæ stabilitatem promittat,
 illud eiō aīwāσ non demonstraveris. Quandoquidem n. De-
 us ter Opt. Max. fastigium Imperiale ad Germanos transstu-
 lit: aliq; axiomata & prerogativas inclut & Germania præ
 alijs Regnis totius mundi concessit: quidni & Serenissimus
 Elector noster soli Germaniæ principatum, in Euro-
 pâ præfertim, iubens tribuat? & Imperium Romanum
 alijs

alijs omnibus Regnis longissimè preferat? Interim Hispanie regnum non minus à Rectori Universitatis Deo ter Maximo fundatum, suisq; bonis ac thesauris opulentissimis ornatum, absq; ullā vel pietatis vel conscientiae facturā agnoscit: omnemq; stabilitatem omnium Regnorum amicè in Dei stam providentiā, cum vate sancto Daniele credit.

39. Quid verò caussa est, Sycophanta, quod prestatere sis, ut Elector sibi ac suis violentas ipse manus auferret? Prorsus non cadit hæc diabolica ducevia, & effeminatestima pusillanimitas in tantum, tamq; magnanimum, & religiosum principem. Apage furcifer adima barathi antro, abi in malam ad minimum crucem tuo cum nefando, & sceleratissimo presagio, ac consilio. Protectorem hæget Serenissimus, Deum Patrum suorum, cuius gratia & misericordia, ne in mille quidem generationes deseretur. Precauerant alij, ne vel Ahitophelis, vel aliorum exemplo, mortem sibi ipsis violentam, obstimulos, & morsiones conscientia inferant.

40. Non absq; caussa in Religione suspectum esse aliis Augustane Confessionis principibus Electorem nostrum, tu conviciator scribis: Sed quinam illi sint principes, quibus Elector suspectus est, & qua caussa suspicionis, ne apice quidem uno innuis. In solis certè mensa est exposita Electoris nostri Religio: quod unicè, & ὁλοψυχωτ Evangelica, seu Lutherana dictæ doctrina adhærebat. Hanc profiteatur publicè, ad presentem usq; horam, hanc in suis Regionibus tuerur unicè: hanc ipsam, τῷ δὲ, profitebitur, & tuebitur, ad extremam usq; vite horulam beroicè, neq; vel ad dextram, vel ad sinistram, vel horum vel aliorum, ullis ulla hominum sive lenocinijs, sive minis dimovetbitur. Papizare itaq; nos dicant, quibus volupe est, impudenter mentiri: Sufficit nobis intemerata conscientia, quam cum

veris

Veritatis Evangelica & sacro palladio, illibatam & puram Deo, frementibus licet inferorum copijs, servaturi sumus.

42. Facere Electorem, quæ Theologi Witebergenses damnant, Jenenses dissuadent, Agnati aversantur ex te sycobanta primum audio. Injuria verò Electorem & Theologos utriusq; Academiae luculentā officis. Inspice n. UVitebergensium posteriorem declarationem, jam dudum typis exscriptam, & dic, an institutum Electoris damnauerint? Jenensem quoq; Consilium publicè jam prestat: Quod nostri Serenissimi factum itidem verbulo nullo improbat: quin potius Cæarem, non deserendum, sed Majestatem ejus sartam tectam offerendam, pronunciant.

Quod Coburgensis Dux Saxonię, Electoris nostri bellum aversetur, non demonstrabis, nec testimonium Illusterrimi Principis, quo fidem narratis tuis conciliet, unquam impetrabis.

Unum verò vel alterum alibi ad castra adverse partis perductos & seductos esse, non magnoperè miramur: cum præsertim prætextum religionis, an se bac continuè magna rum minorumq; gentium hominibus inculcatum, & hoc modo fucum quam plurimis factum sciamus. Parùm insuper curat Serenissimus noster, quid vel Titius, vel Sempronius, de instituto ejus sentiat: Si enim nec verbo Dei, nec honestati publica id contrarsatur: imò, si Servatoris præcepto,, si conscientia postulato, si juramenti vinculo conforme reperitur, merito utiq; privata & personalia aliorum prejudicia sepuncur.

43. Spissum præterea & crassum est mendacium, quod Elector in gratiam Papistarum Parentes liberis, nepotes avis, maritos uxoribus, uxores maritis, clientes patronis, heros ministris, urbes templis, templa Sacerdotibus, montes gregibus, campos frugibus orbos re-

D

linquat.

linquat. Fieri sane ē potest, ē progressu temporis solet, ut talis belli sit alio & conditio: sed præter votum & scopum hoc sit Electoris: nec potentissimus Elector ulli alijs, quam S. Rom. Cœ. Majestati, ē toti patriæ laudatissime, Germanie, velificatur: adeoq; prælium præliatur Domini, ē id agit, quod agere necessitas, imò ipse Deus requirit.

44. Ceterum consultius fuisset, Electoris Mauricij exemplum, ut Conviciator omisisses. Tām probè enim ac digitos tuos nosti, quanta utriusq; sit diversitas. Jure Imperatorem tunc Mauritius deseruit, ē conscientiam suam, cūm periculum ditionibus suis intenderetur religiosis, afferuit: Loquuntur hac de re Acta & actitata Intervimistica. Nunc verò non tantillum Imperator, vel in Religione vel regione Electori molestus fuit: Evangelicis quoq; Bohemis ad rejectionem tām contumeliosam, ne minimam quidē causam præbuit: imò libertatē Exercitiū statim à more te Divi Matthei solenniter & ultrò ipsis & incorporatis provincijs obtulit: oblatam promisit, promissam transmisit. Eas igitur Calumniator & coccysmum istum toties repetere imposterum desinas.

Tandem quæ membris 45. 46. 47. & 48. menuisti, ita sunt comparata, ut diabolicas sannas, ē execranda convicia expuere, non verò Electorem debortari voluisse videaris.

Iram vis Elector ut exuat?

At Deus, qui ipse irascitur, non in totum iram prohibuit, quia is affectus necessariò datus est, ut Laurentius Firmianus de ira Dei testatur.

Ec quis non irasceretur ejusmodi pacis & patriæ turbatoribus.

Electoris quoq; odium fastidis, sed illud pium & sanctum

Elum est: perfectione odio eos odit, qui oderunt Dominum Psalm. 139. odit omnem viam iniquam, Psalm. 119. odit malum. Psalm. 97. odit execrationem, Eccles. 17.

Odium itaq; stud non excutere, sed conservare meritò tenetur.

Sæva iussa, falsæ accusations, & amicitiae non cœidunt in tam virtuosum. & Clementia ac Veritati penitus consecratum Principem.

Neque perniciosus est vel sibi, vel innocentibus Elector.

Crudelitatis a, habitus horridus, truculenta facies, violentus spiritus, vox terribilis, os minis & crucis imperijs refertum, Benignissimo, Amabilissimo, & gratussimo Principi, profligata temeritate, & levitate, abs te imputantur.

Temerarius est ille, qui nihil omnino formidat, sed adversus omnia vadit, uti Aristot. lib. 2. Ethic. scribit. Dic jam tenebrio quicunq; es, annen Sycophanta temerarissimus Tu jure dicaris, quod nego, Deum in cœlo, nego, potestissimum Electorem in terris formidas? Daniel Eremita, qui in Electore predicta scelerata non minus acutè, quam rectè quondam notasse scribitur, in verum natura non extitit: Scio sanè, quem tu Daniellem innuas: sed reprobem ab isto his nominibus Electorem unquam fuisse, ne quiter & scelere mentiris. Cave igitur, ne mortuis etiam quietem invideas, & illorum suffragijs Principem laudatissimum, plurimiq; virtutibus ad cœlos usq; splendidissimum, in tam fœdum & abominabile monstrum transformes. Nemo fidem tibi habebit, sat scio, qui vel eminus Electorem nosstrum noverit. Ipsa etiam fama in toto orbe Christiano,

D 2 ausim

ausim penè dicere, in remotissimâ Africâ, & Americâ, longè
aliud loquitur, aliudq; de moderno Electore Saxonis unan-
miter testatur.

Subditorum suorum animos flabella illa seditiosa
plenis rebellium extraneorum buccis inflata, ab innato & per-
tinaci obsequio dimovere non potuerunt. Haret n. in recens-
ti ipsis memoriam, quâ humanitate querelas illorum Elector
audiat, quâ fidelitate & urbes & agros defendat: quâ vigi-
lantiâ, ne periclitentur provideat: quam solicite, ne exacti-
onibus novis bellicis exhauiantur, caveat, quantaq; gratia
& Clementia incolis suorum ditionum Bonis & morigeris
faveat. Frust' d' igitur seditionem intestinam serenissimo no-
stro ominaris.

Atq; bac pro vindicatione glorioissimi & Benignissi-
miae Principis dicta sufficiant.

Memini egidem, quod Lucanus alicubi scribat:

Virtus & summa petesta.

Non cœidunt.

Et fateor rariores Principes virtuosos reperiri: Non ta-
men nulli planè existunt: inter quos haud postremum locum
Ensifer Imperij Serenissimus occupat: de quo illud Menan-
dri pronunciare ausim:

εἰνὼν δὲ Βασιλεὺς ἐστιν ἔμψυχος γεόγ.

Cui, juxta Seneca monitum, nihil prius, nihilq; antiquius
est, quam

Consulere patriæ afflictis, ferā
Cæde abstinere, tempus atq; ire dare,
Orbi quietem, seculo pacem suo.

Bella n. ob eam caussam gerimus, ut in pace vivamus,
& negotia suscipimus, ut in otio simus, juxta Aristote-
lem lib. 10. Eth. cap. 7.

Scis

Scis conviciator, Catellos melioris Natura, Heros suos, si non alijs medijs, latratu tamen sonoro defendere: Quanto igitur minus indignaberis, me, quem tam arduo dignatur Princeps officio, adversus tuam maledicentiam, & petulantiam, Zelo justo & serio insurgere? Non negaverim, auro purissimo aliquid etiam luti vel pulvisculi adhuc rere posse. Homines n. & hi foves sunt, nihilq; humani a se alienum ducunt: sed adeo nitor & fulgor pulcherrimarum in nostro Electore virtutum prevalet, ut Princeps rarissimus, & omnibus numeris laudatissimus dici summo jure mereatur.

Nondum vero dimitti potes, Sycophanta pessime: Cum videam, te in crines etiam meos hostiliter involare. Officio itaq;, & famæ religio vetat, ne intempestivè ad objecta crimina sileam: sed in os tibi masculè contradicam.

1. Hominem me vocas in quieti, turbulenti, & in plenisq; detriti ingenij.

Nimirum quis Sacramentarij haec tenus inde sinenter restiti: nec libere grassari blasphemias eorum permisi.

Exulto a. in. Domino, & gratias præpotenti, quod spiritu fortitudinis & sapientia me induerit, devotè ago. Ejusdem ingenij homines Jeremias & Elias impijs fuere, coram Deo a. & Ecclesia Orthodoxa encomio fidelitatis, constantiae, & diligentiae florueré.

2. Suafu & hortatu ab initio meo Serenissimum Electorem à partibus Imperat, Ferdinandi stetisse ait, sed modum suasionis cur hic omittis? Pro suggestu utiq; tum Serenissimo, tum alijs, fideliter & sepius datâ occasione inculcavi, ut superiores suos verbis, gestibus, & opere ipso honorent: adeoq; Christo servatori, quo Cesari dare jubet, que sunt Cesaris, & Deo vicissim, que sunt Dei, obtemperent. Quidnî vero ita concionari? quidnî monitum Servatoris auditoribus meis, hoc præsertim tempore, quo cultus erga

longè
nanit
ditiosa
& per-
recens.
Elector
& vigi-
exactio-
gratia
rigeris
imono-
ignissi-
t:

Non ta-
m locum
Menan-

ntiquius

ivamus,
Aristote-

Scis

Magistratum exulare velle videtur, instillare, quidni vestigia apostolorum, & apostolicorum premere liceat? Vocem utiq^m me operet esse clamantem, non pescem mutum. Fecisit igitur, quod pro conscientia facere & potui & debui. Nec imposterum, si vixero, ab hac commonefactione abstinebo.

3. Ceterū deceptos à me omnes fuisse nostros, scribis, quod cernere non potuerim, Austriacos jam in Eclipsi esse, mox, mox generalissimæ periodo fatali commitendos, cuius lex sit, maxima minima facere, sed audi ad hoc quoq^m ἔγκλημα reffonsum meum. Deceptionis nullius mihi sum conscius: utpote, qui in cancellis Ordinarijs me totum continui. Eclipsin verò & fatalem Austriae Archiducum periodum quod attinet, sanè illam nec vidi, nec videre potui. Nubem potius pluviosam propediem transiutram credidi. Et obsecrò quam tu necessitatem mibi impones Tenebrio, ut fatalem hanc, de qua garris, periodum Augu- stissimæ Domus Austriacæ cogar credere? Scalane admor à in Sanctuarium Domini irrupisti, & tabulas periodales, de quibus apud turbatores quosdam adeò multus fuit hactenus sermo, insperasti? Haud puto: sustinuit quondam Dominus Davidica similes insulans, nectamen protinus fatali periodo Altissimus eam commisit.

Summa petit livor, perflant Altissima venti.

I^d quod Serenissime Domui Austriae superioribus annis itidem accidit.

4. Scribis porro, diu esse, quod Jesuitas inter optatos & amatos habere cœperim, ab ijsq^m Simonidis Cantilenas mutuatus fuerim, ut pulverem oculis Serenissimi, commodius & cordatiū offunderem.

Africana

Africana certè hac mihi sunt nova, & nuper demum auditas
qua & Jesuita ipsi falsa & ficta pronunciabunt. Nullus in toto
orbe Christiano vivit Jesuita, cum quo verbum amicu-
cum vel placidum intra novennium proximum commutave-
rim: Praga quidem semel atque iterum conversatus cum eis
fui: Sed in illis ipsis colloquijs adversarios semper eos habui.
Quid? quod Adamus Conzen Jesuita Moguntinus haud
ita pridem classi hereticorum me publicè adscripsit: & Jac-
cobus Keihing, Jesuita Neoburgicus crassum contra me
volumen ante pauculos menses euulgavit: ut taceam quoq;
mea omnium voulis exposita scripta Anti-Jesuitica. Ita-
nè vero moris est, Amicos, & quidem intimiores, invicem
digladiari? Sciscitare quoq; conviciator ex Domino Bude-
vuezio, Religionis vestrae Calvinisticae desideratissimo ha-
bitenus Patrono, sciscitare inquam, Ulter nostrum in litera-
rio illo, quem novit, conflictu, à partibus Jesuitarum stere-
rit? Pudebit te, si mica pudoris superest pudebit, inquam,
te, ejusmodi commenta, ut mibi conflares odium, & apud
nostros tantum mercederes suspectum, evomuisse.

5. Adversus Evangelicos ut Electorem Serenissi-
mum stimulem, nunquam mihi in mentem venit, nedum
in linguam vel calamum.

6. Electoris vero Saxonie consilia & instituta, utpote
verbo DEI & aquitatis conformia, meritò summoperè pro-
abo, & ut ed, quā cœpit via, feliciter posthac progredi pera-
get, calidissime opto.

7. Vice Electoris Palatini, misere Consilijs malig-
nantium seducti, animitus doleo: & pœnas justissimas, quas
Antesignans quidam ob seductionem luituri sunt, prævideo.
Num vero ante tubam, in prælio præsentim Pragensi tre-
pidaverit Elector Palatinus, vel non, nihil ad me.

8. Germania

8. Germaniae Principes, Qui, ubi, quando, & quomo-
do à me carpantur, Anonyme Sycophanta fusiū ostende. De
poti, simorum n. Evangelicorum Principum gratiā, & Cle-
menti affectu mibi gratulor: Deumq; ut conservet illum, quo-
tidie precor.

9. Quam Reformatorum statuum subsannatio-
nem innuas, penitus ignoro, & aquam tibi hesuram, si tan-
tillum palliare saltem mendacium tuum conareris, indubi-
tanter scio.

10. Qua mea sint ornamenta oris & pectoris (di-
vinitus nimirūm mihi concessa) calculo & iudicio Sacramen-
tariorum Conviciatorum minime submittit. Inhabiles n.
sunt, nec testari contra me queunt: utpote quos odio, plus
quam Vatiniano me prosequi constat: L. testium. ff. de testi-
bus. Adde, quod nominum suorum occultatione, & falsatio-
ne pœnas falsatoribus irrogandas sibi accersunt, & testifica-
tione indignos se readdunt, L. falsi nominis, ff. ad L. Cornelii-
am, de fals.

11. Quod è Templo incuriam inverecundè irrum-
pam, Mosisq; baculum, cum Aaronis thuribulo nefar-
iè & deperdità fronte confundam, tu cenebrio nefariè
& deperdità fronte mentiris: Innocentia n. mea tota Aula
nostra, imò serenissimus ipse, cum splendidissimis suis consi-
liarijs, lubenter, quovis tempore testimonium perhibebit.
Interim non interdices, quò minus, vel privatim, vel profugo-
gestu, quid conscientiae respectu facere & liceat, & deceat,
edifferam. Imò si vitam Deus prolongaverit, post hac ingra-
tiam Sacramentarij spiritus ferventiore Zelo cenatibus Sa-
tanæ resistere, & vocationis meæ munia, loco & tempore
debito alacriter & imperterritō animo exequi pergam.

12. Intempestivè etiam dolos Sycophanta, Virum am-
bitione tumidum, cerebro crassum, virtutibus exi-
lem

Iem, Ecclesiaz destinatum, Juris Historiarumq; imperi-
tum, & Civilium negotiorum ignarum, publicis deli-
berationibus super sortem suam, supra ingenium in-
teresse, audiri, magnificari. Profligata plane impuden-
tiā his me pingis Calumniator proterve coloribus, inq; thea-
tro orbis Christiani collutulas sordibus. Elegi enim non
magnum in mundo, sed abjectus esse in domo Dei mei,
Et ab appetitu honorum pollicorum, plane abhorrens, The-
ologico studio unicè me consecravi, minime ignorans, quam
contemptus ordo Theologorum vulgo haberetur. Quod ve-
rò præter omnem opinionem meam, in hac ipsa statione Ec-
clesiasticā primarias Dignitates Altissimus benigne mihi con-
tulit, Et honorifice loco me dignatus fuit, non ambitioni utiq;
mea, sed divine exaltationi & directioni unicè acceptum fe-
ro: Neq; n. est currentis, vel volentis, sed solius DEI
miserentis. Et licet præpotenti, ut pro lubitu vel mibi, vel
alij dicat: Ascende amice: ut ut ejusmodi fastigia honoris,
Et indicia divini favoris, Impij servis Christi fidelibus invi-
deant. Neq; n. exiccatur fons liberrima Dei liberalitatis, &
bonitatis, si maximè invidorum murmur, faciei pallor, den-
tium stridor, labiorum tremor, & mentis furor, dies no-
ctesq; continuetur: sed gratiam dat & gloriam Deus, fidosq;
Doctores benedictionibus coronat.

Cerebri crassitatem non nisi excerebratus mihi objecerit. Ma-
jora enim sunt præpotentis Dei dona & qvōd mihi concessa,
quam ut xæsisq; debita pro ijs exoluere queam. Et in-
gratitudinis culpam conscientia mea incurrerem, nisi in so-
lius Dei gloriam xæsisq; divina predicarem. Nolo va-
nâme ostentare jactantia, sed extremam duntaxat confusa-
dere Pasquillatoris impudentiam, recensendo, quā ingenij ve-
locitate & felicitate olim, gratiā Dei, prævaluerim. Vien-
na adolecens duodecennis in confessu maximè Illustriora-

tionem publicam, sine ulla hesitatione, memoriter recitavi,
 ipsis Calendis Januarijs, Anno 1592. VViteberga annos etas-
 sis agens decimum septimum, octavum, & decimum nonum,
 in Philosophicis, Juridicis & Theologicis, publicè &
 privatim, non opponentis tantum & respondentis, sed & sexo-
 agies quinque Præsidis partes summo cum applausu Au-
 dicorij, felicer sustinui, totiusq; Academie singularē amo-
 rem, & præclarissima testimonia hoc nomine mihi concilia-
 vi, imo qui etatis anno vicesimo primo, ad gradum Licentie
 in Theologia admitterer, & sequente in aulam Serenissimi
 Electoris Saxoniae, Christiani II, beatiss., recordationis voce-
 rer, dignus habitus fui. Hæcne verò, & ingenium vel cere-
 brum crassum bene invicem coēunt? Nihil obstat, quò mis-
 nis ex Lyricorū Principe, lib. 2. Carm. Od. 18. dicere que ambo

Non ebur, neq; aureum

Mea renidet in domo lacunar.

Non trabes Hymettię

Premunt columnas, ultima recisas

Aphrica: neq; Attali:

Ignotus hæres regiam occupavi:

Nec Laconicas mihi

Trahunt honestæ purpuræ Clientes.

At fides, & ingenij:

Benigna vena est: pauperemq; dives

Me petit, nil supra

Deos lacesso, nec potentem amicum

Largiora flagito,

Satis beatus unicis Sabinis.

Virtutum splendore malitia Calvinistica me non exuet: nec
 criminatum nubes tantillum mihi detrahet.

Ἄρετησ βέβαια δὲ εἰσὶν αἱ πτίσεις μόναι.

Uti Sophocles in Eriphyla habet, hoc est,

Virtutis sola constans perpetuaq; est possessio.

A dī aγελα nūi θavγοι λάμπει.

Virtus etiam morte peremtis lucet.

Virtus repulsa nescia sordidæ,

Jntaminatis fulget honoribus,

Nec sumit aut ponit secures

Arbitrio popularis aurae.

Juxta Horati. lib. 3. Od. 12.

Et nihil est, excepta virtute, quod mortali manu, & immortali animo quarti possit, uti alicubi Valer Max. habet.

In jure & historijs num planè sim hospes, iij nōrunt,
qui penitus menōrunt. Damitamen omnem, si qua & juris ueb
civiliū negotiorum superest notitia, relinquo, nec politi-
cis deliberationibus me imimsc eo: multò minus in
Politico Consilio unquam vel ullibi compareo. Prode-
at, qui residuum in pectore probatus micam habet, prodeat,
inquam, & mihi in faciem, num in Consilio bellisco & Palito-
co per omnem vitam suam me viderit, imò num vel umbram
meam illuc confexerit, pro conscientia sua edifferat. Nemo
cerre ingenuorum hominum, sat scio, quicunq; & quanicun-
q; illi sint, affirmare hoc audebit. Merito igitur à dicā istā
convictior abstinere, & exempla Frisijs ac Ducijs Parmen-
sis omittere debuisset.

Quarere autem lubet ex te, Sycophanta impie, quid
de Abiatharo Sacerdote, Ahimelechi Filio sentias, per quem
explorabat Rex David, num bona ab Amalechitis malitiosè
erupta, jure belli & bono omniē repetere posse. 21. Sam. 30.
Dic porro, quid tibi de Elisa videatur. Ad hunc tres descen-
derunt reges, consultum, an licet & felici successu adversus
regem Moabitarum pugnaturi sint. Solvere enim Mesa Re-
gi Israëlitarum tenebatur centum millia agnorum, & cen-
tum millia arietum cum velleribus suis.

Prævaricante autem eo fœdus, quod cum Rege Iſraël
babebat, foramus suppetias Josaphatum flagitavit, inqui-
ens: Rex Moab recessit à me, veni mecum contra Eum
ad prælium. Josaphatus præmè quidem annuens, Elisa*t*
tamen Prophetæ judicium omnino etiam audire voluit. Jam
dic obsecro ingenuè Sycophania, an & Josaphatus peccârit,
Elisa*t* judicium, de subfidiario suo bello, pro Rege Iſraëlitar-
um requirendo, & Eliseus falcam in alienam messim mi-
serit, bellum Anti-Moabitum approbando, victoriamq; pra-
dicendo, ac promittendo? Neutrūm facile affirmaxeris.

Si itaq; hoc rerum tempore, vel privato collo-
quio, vel scripto quodam Theologico Serenissimum Elec-
torem Saxonie, cui à concionibus sum (indignus licet) pri-
marijs aulicis, confessionibus sacris, & Consilijs Ecclesiastis-
cis, humiliè informem, an bona conscientia Cesarem Au-
gustissimum deserere possit, an verò juvare Eum ob vincula
juramenti, quibus est obstrictus, teneatur, num protinus
baculum Mosis cum thuribulo Aaronis me confundere clami-
tabis? Num alienum à professione meâ, & officio id esse ullis
rationum momentis in omnes aeternitates demonstrabis? Fr-
itus certè foret conatus, quemcunq; hac in parte, sanguin-
em licet ipsum ludares, impenderis.

13. Tandem benè ominari Serenissimo Saxonie Electori
incipis, si me impotentia ac superbia miserabile man-
cipium, & post familiariorē cum Klefelio conversa-
tionem planè dementatum, tanquam victimam pia-
cularem aulā suā exturbaverit.

Mitesce verò paululum Heraclite, & parciūs hac mi-
bi esse objicienda haud gravatim disce.

A vitijs illis, quorum me mancipium vocas, totus ab-
borreo, & in valle humilitatis ac augeteūc lubenter subsisto.

Cum Cardinale Klefelio nulla prorsus familiarior
mibi

mihi vel Praga, vel Dresden intercessit conversatio: Petiūt quidem semel atq; iterum, & serio per Nobiles nostros suumq;
Secretarium petiūt, h̄ic cūm esset, ut ipsum accederem: Sed
caūsis motus gravissimis ab omni prorsus accessu & alloquio
abstinui, quemadmodum tota Cesarea, & Electoralis aula
exacte novit. Jam affirmare juratō id possum, quod per annos
triginta integros, ne verbulum quidem unum cum Cardinale Kleselio commutaverim. Vide igitur, Convictor,
quam innocens iterum abs Te vapulem! Expende animo tuo, quam prater omne meritum familiariorē cum
Kleselio conversatione dementatus plane audiam. Fal-
sissima sunt hac mendacia, spirituq; vestro impudentia &
crudelitatis dignissima.

Crudelitatis ideo memini, quod piacularis instar
victimꝝ mactationi metuā intercessionē destinari, &
deputari intelligo. Itane verò mansuetudinem, (quam alia
equi nām pomposè jactatis) orbi Christiano ostenditis? Sed
transcēant & ista, que excelsō animo, non minus, quam alia
ferre, & vili pendere scio. Nam diu n. est, quod sudem me
vobis in oculis, & eentrum esse contradictionis, con-
tra quod tota Calvinistica insurgit peripheria, & quod
omnes impij criminationum ac calumniarum sua-
rum petunt lineis, perspectum habeo. Sed vitam pro-
longavit usq; buc altissimus, & prater multorum opinionem,
ex morbis desperatissimis clementer me liberabit, in pericu-
lis quoq; presentissimis, medios inter furiosorum hominum,
qui vita mea insidiati fuerunt, enses & globos hactenus po-
tentiter protexit; fortè ut porrò pralium prelier Domino, &
in nomine ejus vos in primis Theomachos confundam: id
quod strenue facturum me, cuius dñe, ad extremum usq; vite
belatum, sancte promitto.

Ceromidis vice, ut mihius in posterum de me judicium fecas, intermittere nec valui, nec volui. quin pauculas quasdā periodos ex testimonij meis Academicis huc ascriberē, unde tum tibi Sycophanta, tum tua farina hominibus constet, quid de Cerebro vel ingenio meo, quidq; de studijs meis Viri Magni jam olim publicē dixerint, & pro Conscientia testati fuerint. Sic vero D. Johannes Zangerus, Jurisconsultus celeberrimus, & Rector Academie Vitebergensis tunc Magnificus, 22. Maij. Anno 1598. de me octodecenni scripsit.

Quo nomine hunc quoq; Nobiliss. & Eruditiss. juvenem Dn. Matthiam Hoe, Nos ita complectimur nostrā benevolentiā, ut aliis viris honoratis, prudentibus ac literatis diligenter cū commendare non vereamur. Singulari enim apud nos ad annos integrros duos vixit morum honestatē, & integritatē, ac in studiis Philosophicis, & optimarum artiū, in primis verò in Theologia, quæ mater est pietatis, & omnium Virtutum fons ac fundamen-
tum æternæ salutis, præclarā sibi acquisivit cognitionem, dum non solum publicē docentes sedulō audivit, sed & privatā dili-
gentiā evolvit interpres Sacrarum literarum præstan-
tissimos, horum sententias, & judicia de gravissimis contro-
versiis exploravit; & ad normam Veritatis direxit, publicis itē,
& privatis Disputationibus non tantū interfuit, sed & ipse sa-
pè opponentis, sapè Respondentis vices subeundo diligentissi-
mè præfuit. SS. Theologæ conjunxit etiam laudatissimum Ju-
ris prudentiæ sacratissimæ studium, in quo non minorem diligen-
tiā adhibuit: ita ut spem minimē dubiam foveamus, cum clarissimæ sue
familie decus amplificaturū, & patrie singulari ornamento ac usui ali-
quando futurum esse. Nam & ingenio excellit, & naturā est amans
virtutis ac æquitatis, moresq; honestos cum gravitate regit. Hæc
ille. Huc pertinet Programma Rectoris Magnifici 23. Decembris Amo 99.
publicē affixum, quod sic sonat:

Annos jam aliquot in vestro commilitio versatur MAT-
THIAS HOE, Nobilis ex Austria, quem nullis, aut certè pau-
cis, qui vel exiguum tempus hic commorati sunt, ignotum arbi-
tramus. Hactenus n. non vitæ solum, ac morum probitate, sed
& industriā ac profectu in literis, ijs præsertim, quæ sublimi illâ

Theologorum disciplinā occupantur, ita se conspicuum fecit, ut
in turbā diutius latere minime omnium potuerit. Is, ut etiam
in Oratione Poetarum numeris adstricta, ingenium suum &
profectum pericitaretur, per dies hosce præteritos, carmen de
Incarnato filio Dei, Jesu Christo, privatim meditatus est, quod
cūm se publicē recitaturum nobis significaret, & eam sibi veni-
am dari peteret: Tantum absuit, ut piam ipsius operam & cona-
tum impediremus, ut nobis & Reipub. literariæ, atq; in primis
Christianæ, hoc nomine ex animo gratularemur, aliquos etiam
in selecto illo Nobilitatis censu reperiri, qui non solum profana
illa artium literarum, sed cum ijsdem & Sacrosanctæ Theologiæ
studia ament, tractent, & nomen aliquod in eā curā publicē mereri
pulcrum ac laudabile existimēt. Quocirca omnes, qui nobis de-
bere se fatentur, monemus, ut ad horam à meridie primam in
loco his exercitijs destinato, frequentes conveniant: & ejus-
modi sive officio, sive honore testatum faciant, se non solum
hisce studijs favere, sed & Doct& Nobilitati. P.P. die XXIII. De-
cembris, Anno Christi. CIO. IO. IC.

Sequente Anno seculari d. 17. Februarij, Academia VVitebergensis publi-
cē affixo Programmate inter alia hoc de me testimonium perhibuit:

De eo Luthero, cras horā nonā in Auditorio majori verba
facturus est Matthias Hoe Nobilis Austriacus, cuius Ingenium, eru-
ditio, & pietas Nobis & toti Academie jamdiu probata, non in uno genere
doctrinarum & specimen cuncte juventuti, & in primis Nobilitati facta est.

Hisce ante Annos undeviginti Rector & Corpus totum Professorum co-
ram universo cœtu Academicō me ornauit elogij, qualia ingenti numero ac
pondere plura longe & ampliora producere possem, nisi modestiam merito
dissuadere id meam, & ruditatis ac extremæ insanitæ a Sycophanta mihi ob-
jectæ suspicionem, partim ob tot luculentos, & prolixos meos Commentari-
os, scriptaq; tam Polemica, quam Didactica, partim propter officij & labo-
rum per annos novendecim rectam, arg; superioribus approbatam admini-
strationem, apud cordatos, & bonæ indolis homines applausum languidio-
rem obtenturam sperarem. Et mirum profecto mihi accidat, nisi utraq;
auris tibi Sycophanta Anonyme nunc tinniat, imo nisi & conscientia ipsa
pungat & mordeat. Nostin. impunes hic & illuc non evadere, qui delibe-
rato & malitiosè vel humanos Joves atrociter incessunt, vel unctos Domini
exquisitissimis criminationibus & mendacijs affligunt.

Atq;

Atq; hæc ad scriptum virulentissimum responsa sufficient. Palpare fortassis conviciator poterit, Et nobis hastas teretes Clypeosq; rotudos,
Tum Galeas, tum thoraces procul igne micantes.

Ad Te jam Nobiliissime & splendidissime Domine Grunthali,
post longum diverticulum redeo, & gratiâ lac beneficio Bohemorum
obtinere Te Spiritum precarium, uti Pasquillator scribit, effusè ri-
deo. Anne ergo in manib; hominum, & non in manu Dei sunt sortes
nostræ? Ergo Bohemi vitam gratiâ suâ & beneficio prolongare possunt:
Vide obsecrò stultitiam & insaniam calumniatoris. Nisi sorte eò alludat,
quod vitam innocentib; Tibi, latronum instar, violentè Aliqui adimere, &
manus suas sanguine justi confuscare valuerint, si voluerint. Negò vero
sic etiam Spiritum ex gratiâ Bohemorum precarium obtines. Cùm potius
soli diviæ directioni, & animarum gubernationi acceptam ferre eam debes:
Jehovah n. ora Leonum obturavit, quò minus tibi nocere potuerint. Veni-
am autem Epistolæ tum prolixioris, tum severioris officiose peto. Durus n.
nodus, durum quæsivit cuneum: & digni sunt protervi ac efferati isti homi-
nes, quibus juxta Spiritus S. præceptum duplia reddantur.

Bene in Domino Iesu vale, & pro Lege, Rege, ac Grege imposterum et-
iam fortiter militare non desine.

Dab. Calendis Januarijs, Anno quem tibi tuisq; cum multis sequentibus
precor felicissimum, quo regnat FerDINanDVs Vcre ScCVnDVs.

T. Nobiliß. Dominat.

Observantissimus.

D. Hoc.

F I N I S.



lpare for-
otūdos,

unthali,
emorum
effusè ri-
unt sortes
possunt:
ò alludat,
imere, &
Negò verò
ùm potius
um debes:
nt. Veni-
Durius n.
isti homi-

terum et-

quentibus
7s.

Hoc.

ULB Halle

004 800 761

3



VD17





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-27138-p0044-7

DFG



5.33,40³⁹

SE

Dn.
Voi

Co

T




25.

M

dam,

MUM
Ele-

thal, in
orali Bel-
li, Nec
dis



, sed ma-

de,

& prostat

3.

